



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxxi. Ad pituitam siccam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

à frigido abſtineat. Vel ſuccum cydonij, aut citrij pomi miſcebis cum vino veteri aut melle, eoque carnem oblitam accipitri dabis.

Ad pituitam ſiccam.

ACCIPITREM pituita arida laborare cognoſces, cum videbis oſcitantem, liquoremque per nares non emittentem. Hoc remedium ei auxiliabitur. Vnæ taminæ, piperis grana ſeptem, folij, quantum duo digiti capere poſſunt, caryophylli grana quinque, nardi ſpicatæ ſiliquam: diligenter vnà contundito, & poſtquam vino vetere illius palatum elueris, ex hoc medicamento capito, quantum duo digiti capere poſſunt, eoque palatum ipſius fricato; deinde in ſole illum collocato: ad horam octauam eſca ei præbeatur hircina caro, & ſanabitur. Vel mel Atticum, ſemen hyoſcyami, butyrum ſubigito, hiſque palatum fricato, & pinna nares illius inungito. Alij ipſum ita curant. allium cum vino veteri contuſum naribus infundunt. Alij cupreſſi grana ſeptem, ſemen caprifici, braſſicam conterunt vnà, & naribus infundunt per triduum, ac ſæpe piper adiungunt.